

Commutatione casuum<sup>59</sup> sic: *Modo vero cogit me scribere superincumbens rumoris amaritudo sinistri, per auditum novi tunc mei cordis intima vulnerantis, dum illius amici mei karissimi mortem felleis relatibus nuntiavit, qui meis erigebatur<sup>s</sup> in prosperis et deprimebatur in adversis, cuius consilium meum fuit plerique auxilium, cui sincere me dilectionis vinculum annectebat, quem nullius novercantis casus asperitas a mea disiungere potuit comitiva, in quo sic confidere poteram, tamquam si ex uno producti germine fuisset<sup>60</sup>.*

Octava decima est subiectio, cum interrogamus adversarios aut querimus ipsi, quid ab illis aut quid contra nos dici possit. Deinde subicimus id, quod oportet dici aut non potest, aut adiumento nobis futurum sit aut illis obfuturum e contrario<sup>61</sup>, hoc modo: *Quid faciam igitur, o iuvenis generose, quo nunc gressus dirigam? Ad cuius recurreram auxilium, o praesidium dulce meum?<sup>62</sup> An verecundie rubore perfusam humi deiciam faciem, et amplitudinem vestre gratie in me perfusam largiflue oculis preteream semiclausis? Sed doloris aculeus me acrius sauciat. An freno silentii meam compescam linguam vobis gratiarum non referens actiones, cum pauperis eloquium, etsi de nectarea prudentie vena venerit, demencie asscribatur? Sed forsitan nota ingratitude macularer. An utar pollicitis, ut famulus domino, Quodrus Creso<sup>63</sup> in ipsum diffusa beneficiorum*

---

s) erigebatur *Hs.*

---

59) Es fehlt die beim Auctor angegebene sechste Möglichkeit commutandis (literis), obwohl das Beispiel (*Deligere oportet quem velis diligere*) besonders einleuchtend und auch im Mittellateinischen gut nachzuahmen ist. (Vgl. Rhet. Her. IV 29). Statt dessen geht Heinrich kommentarlos über zur commutatio casuum, unter Auslassung von zwei weiteren beim Auctor angeführten Möglichkeiten der Ähnlichkeit von Wörtern. (Vgl. dazu Rhet. Her. IV 30).

60) In diesem Beispiel wird das Relativpronomen in allen Kasus dekliniert. Dies entspricht nicht ganz dem Verständnis des Auctors. Dort geht es, wie dessen Beispiele zeigen, um Namen. *Tertium genus est quod versatur in casuum commutatione aut unius aut plurium nominum.* (Rhet. Her. IV 30; Beispiele IV 31).

61) Vgl. Rhet. Her. IV 33.

62) Vgl. Horaz, carm. I 1, 2: *O et praesidium et dulce decus meum.*

63) Kroisos als Inbegriff des Reichtums (Herodot, Historien I 30; Ovid, Epistulae ex Ponto IV 3, 37; Ovid, Tristia III 7, 42), Codrus als Inbegriff der Armut (Martialis, Epigrammata II 57; V 26; Iuvenal, Satira III 203; vgl. dazu De Iunii Iuvenalis opera omnia ex editione Rupertiana in usum Delphini, 1 (1820) S. 134, Anm. 2). – Die Gegenüberstellung der beiden scheint mittelalterlich zu sein. Matthäus von Vendôme, Ars versificatoria III Nr. 28 zitiert Bernardus Silvestris: *In stellis Codri paupertas, copia Cresi.* (F a r a l S. 174). Vgl. auch Alanus ab Insulis, De Planctu